1414. 13 Febr.

Johannes eps servus servorum dei. Dilecto filio Magistro Guidoni de Gonzaga Administratori in spiritualibus et temporalibus Monasterii sancte Marie de Felonica
ordinis sancti Benedicti Mantuan dioc per sedem aplicam deputato Notario nro Salt et aplicam ben. Romani pontificis providentia circumspecta ecclesiis et Monasteriis
que vacationis incommoda deplorare noscuntur ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter et personis ecclesiasticis ut expensarum onera que ipsas
iugiter 9 subire oportet facilius supportare valeant de alicuius subventionis auxilio providet oportuno Dudum siquidem provisiones ecclesiarum Cathedralium et Monaste
riorum omnium tunc vacantium et inantea vacaturorum ordinationi et dispositioni nre duximus ea vice specialiter reservandas decernentes extunc irritum et inane si
secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero Monasterio sancte Marie de Felonica ordinis
sancti Benedicti Mantuan dioc ex eo vacante qd dilectus filius Aymus Monachus tunc Abbas dicti Monasterii omni regimini et administrationi ipius Mo
nasterii cui tunc preerat in manibus venerabilis fratris nri Antonii Epi Mantuan sponte et libere cessit idemque Eps cessionem eandem duxit auctoritate
ordinaria admittendam ac Monasterium ipm quod per Epos Mantuan ipius Antonii Epi predecessores qui protempore fuerunt canonice fundatum et dotatum extitit re
servationis et decreti predictorum forsan inscius tibi per te tenendum possidendum et etiam gubernandum duxit eadem auctoritate comendandum licet de facto tuque re
servationis et decreti prefatorum similiter inscius regimini et administrationi ipius Monasterii te intessisti etiam de facto Cum autem secundum premissa dictu
Monasterium ad huc ut prefertur vacare noscatur Nos tam ipi Monasterio de cuius provisione nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque
potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis quam tibi ut statum tuum decentius tenere valeas de alicuius subventionis auxilio providere volentes
prefatum Monasterium sic vacans cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoad vixeris tenendum regendum possidendum et etiam gubernandum tam
in spiritualibus quam temporalibus auctoritate aplica comendamus curam regimen et administrationem ipius Monasterii tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus
plenarie committentes ita qd de fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus ipius Monasterii debitis eius et dilectorum filiorum Conventus supportatis one
ribus huiusmodi comenda durante libere disponere et ordinare valeas sicuti veri Abbates ipius Monasterii qui ei protempore prefuerunt de illis disponere et ordinare potue
runt seu etiam debuerunt Alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipius Monasterii tibi penitus interdicta Volumus autem qd propter commen
dam huiusmodi cultus divinus et solitus Monachorum et ministrorum numerus in eodem Monasterio nullatenus minuatur Quocirca discretioni tue per aplica scripta
mandamus quatinus curam regimen gubernationem et administrationem ipius Monasterii in hiis que ad comendam huiusmodi pertinent sic diligenter geras
et solicite prosequaris qd Monasterium ipm utili gubernatori et fructuoso administratori gaudeat se commissum tuque preter eterne retributionis premium
nram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Dat Mantue Id Februarii Pontificatus nri Anno Quarto.

B. de mot.

Morbio 6 (35)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796908487-19/fragment/page=0001

Morbio 6 (35)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796908487-19/fragment/page=0002

1414. 13 Febr.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Iohannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Magistro Guidoni de Gonzaga Administratori in spiritualibus et temporalibus Monasterii sancte Marie de Felonica
ordinis sancti Benedicti Mantuan diocesis per sedem apostolicam deputato Notario nostro Salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis providentia circumspecta ecclesiis et Monasteriis
que vacationis incommoda deplorare noscuntur ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter et personis ecclesiasticis ut expensarum onera que ipsas
iugiter subire oportet facilius supportare valeant de alicuius subventionis auxilio providet oportuno. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum Cathedralium et Monaste-
riorum omnium tunc vacantium et inantea vacaturorum ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandas decernentes extunc irritum et inane si
secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero Monasterio sancte Marie de Felonica ordinis
sancti Benedicti Mantuan diocesis ex eo vacante quod dilectus filius Aymus Monachus tunc Abbas dicti Monasterii omni regimini et administrationi ipsius Mo-
nasterii cui tunc preerat in manibus venerabilis fratris nostri Antonii Episcopi Mantuan sponte et libere cessit idemque Episcopus cessionem eandem duxit auctoritate
ordinaria admittendam ac Monasterium ipsum quod per Episcopos Mantuan ipsius Antonii Episcopi predecessores qui protempore fuerunt canonice fundatum et dotatum extitit re-
servationis et decreti predictorum forsan inscius tibi per te tenendum possidendum et etiam gubernandum duxit eadem auctoritate commendandum licet de facto tuque re-
servationis et decreti prefatorum similiter inscius regimini et administrationi ipsius Monasterii te ingessisti etiam de facto. Cum autem secundum premissa dictum
Monasterium adhuc ut prefertur vacare noscatur. Nos tam ipsi Monasterio de cuius provisione nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque
potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis quam tibi ut statum tuum decentius tenere valeas de alicuius subventionis auxilio providere volentes
prefatum Monasterium sic vacans cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoad vixeris tenendum regendum possidendum et etiam gubernandum tam
in spiritualibus quam temporalibus auctoritate apostolica commendamus curam regimen et administrationem ipsius Monasterii tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus
plenarie committentes ita quod de fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus ipsius Monasterii debitis eius et dilectorum filiorum Conventus supportatis one-
ribus huiusmodi commenda durante libere disponere et ordinare valeas sicuti veri Abbates ipsius Monasterii qui ei protempore prefuerunt de illis disponere et ordinare potue-
runt seu etiam debuerunt. Alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius Monasterii tibi penitus interdicta. Volumus autem quod propter commen-
dam huiusmodi cultus divinus et solitus Monachorum et ministrorum numerus in eodem Monasterio nullatenus minuatur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta
mandamus quatinus curam regimen gubernationem et administrationem ipsius Monasterii in hiis que ad commendam huiusmodi pertinent sic diligenter geras
et solicite prosequaris quod Monasterium ipsum utili gubernatori et fructuoso administratori gaudeat se commissum tuque preter eterne retributionis premium
nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Dat Mantue Idus Februarii Pontificatus nostri Anno Quarto.

B. de mot[illegible]

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (35)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796908487-19/fragment/page=0003